

ASSERTUM V

QUAE QUATTUOR RELATIONES SUNT SUBSISTENTES.

Assertio intentio.

Cum ex duabus processionibus ad quatuor relationes reales nuperrime concluserimus, iam via synthetica procedentes ex relationibus ad subiecta subsistentia arguimus, videlicet, ex paternitate ad Patrem, ex filiatione ad Filium, ex spiratione activa ad Spiratorem, ex spiratione passiva ad Spiritum.

Quae quidem conclusio, aliquo saltem sensu, necessaria est. Si enim existit realis paternitas, existit id quo~~s~~ aliquis realiter sit pater; et similiter de aliis. Cum tamen Deus sit omnino simplex, nulla haberi potest realis distinctio inter id quod et id quo. Quia de causa, eo quod habetur realis paternitas, non solum habetur id quo est pater sed etiam id quod est pater; et similiter in aliis. Quo perspecto, conscripsit acutissimus noster: *«Sicut ergo deitas est Deus, ita paternitas divina est Deus Pater»*¹.

Quae omnia ut ordinate dicantur, primo, de ratione subsistentiae, deinde, de huius rationis applicatione in divinis, tertio, de decretis concilii Remensis, quarto, de ipso argumento tractabimus.

Ipsum vero assertum, quoad rem, est *theologice certum*, sed quoad modum dicendi, est *communis certaque sententia*.

*Quid sit subsistens*².

Multa quae esse dicantur, non omnia eodem modo sunt. Sunt enim chimerae, at tantummodo in mente, et ideo entia rationis sunt. Sunt possibilia, at tantummodo in potentia agentis vel etiam materiae, et ideo potius esse possunt quam sunt. Sunt accidentia, at in alio esse iis competit, et ideo magis insunt quam sunt. Sunt principia entis constitutiva, ut essentia et esse, materia et forma, substantia et accidens, potentia et actus quae tamen non ipsa sunt sed iis aliquid est. At praeter hanc omnia quae sunt secundum quid, nempe, in mente, in potentia

¹ *Sum. theol.*, I, q. 29, a. 4.

² Cf. *De Constitutione Christi*, pp. 20 s.

alterius, in alio, quibus aliud, etiam et principalius esse dicuntur mineralia, plantae, animalia, homines, angeli, Deus, Pater, Filius, Spiritus. Quae cum sint simpliciter, cum sint ea quae revera sunt, nomen speciale sibi vindicant et dicuntur subsistentia.

Subsistens est ergo quocumque est id quod est; et dividitur contra ens rationis, possibile, accidens, et principium entis constitutivum.

Quid in divinis subsistat.

Ex antecessis patet in divinis subsistere quocumque est id quod est. At Deus est omnino simplex; nam omne compositum ipsius suae compositionis causam habeat necesse est; et ideo, cum Deus sit primum omnium principium, nullam prorsus compositionem realem admittit. Iam vero in ente omnino simplici nihil esse potest quod non sit ipsum ens simplicissimum. Et ideo quocumque in Deo realiter est, idem est ac Deus, idem est ac id quod est, idem est ac id quod subsistit, et ideo ipsum subsistat necesse est.

Qua de causa, cum nomina quae de Deo dicantur, eum significandi modum habeant qui creaturis compositis nominandis conveniat, distingui solet in nominibus divinis inter id quod significatur et modum significandi. Nam id quod significatur, semper est illud summum ens absolute simplex; modus autem significandi, praesertim in abstractis, magis creaturis compositis quam Deo simplici aptatur. Sive enim dicimus Deum, sive dicimus divinitatem, id quod significatur est idem summum ens omnino simplex; et tamen secundum modum significandi per nomen, Deus, dicere videmur id quod est et per nomen, divinitas, dicere videmur id quo est.

Concilium Remense. 1148 A. D. DB 389-92.

Ad quam confusionem tollendam, occasione doctrinae Gilherti Porretae, deerevit concilium Remense quod divinitas est Deus et Deus divinitas; et similiter alia attributa etiam abstracta nominant ipsam summam rem quae est Deus et simplex (DB 389). Et ideo quamvis secundum modum significandi propri utimur ablativo, ut Deus sit divinitate, tamen secundum realem Dei simplicitatem et identitatem vere utimur nominativo, ut Deus sit divinitas et divinitas sit Deus.

filiatio est Deus Filius, divina spiratio activa est Deus Spirator,
et divina spiratio passiva est Deus Spiritus.

Addita maior: declarat ipsam rationem subsistentis.

Scholion.

In creatis differunt tum quoad medium significandi tum quoad id quod significatur homo et humanitas, pater et paternitas, filius et filiatio. Aliud enim in creatis est subsistens quod est; aliud autem est essentia, vel forma, vel relatio qua est.

In divinis autem differunt quoad medium significandi sed non differunt quoad id quod significatur Deus et divinitas, Pater et paternitas, Filius et filiatio, Spirator et spiratio activa, Spiritus et spiratio passiva.

Praeterea, in creatis distinguitur inter subiectum quod relatione refertur et ipsam relationem qua refertur; in divinis autem idem est subiectum quod refertur et relatio qua refertur; et ideo cum in divinis realis relatio ponatur, non solum ponitur id quo aliquid refertur sed etiam ponitur id ipsum quod refertur; posita enim paternitate, eo ipso ponitur et Pater; et similiter in aliis⁴.

Praeterea, eluet quid sibi velit distinctio inter *relationem* et *relationem ut subsistentem*. Relationes enim ut relationes sunt paternitas, filiatio, spiratio activa et passiva. Relationes autem ut subsistentes sunt Pater, Filius, Spirator, Spiritus. Quae respective inter se differunt quoad modum significandi sed coincidunt quod realitatem quae significatur.

ASSERTUM VI

TRES RELATIONES REALES IN DEO SECUNDUM MUTUAM OPPOSITI-
ONEM REALITER INTER SE DISTINGUUNTUR.

Ad terminos:

tres: nempe, paternitas, filiatio, spiratio passiva.

relatio: ordo unius ad aliud.

reale: quod non tantum concipitur sed etiam vere est.

⁴ Cf. *Sum. theol.*, I, q. 40, a. 3: «Non enim proprietates personales sic intelliguntur advenire hypostasis divinis, sicut forma subiecto praecoxistenti; sed ferant secum sua supposita, inquantum sunt ipsae personae subsistentes, sicut paternitas est ipse Pater». Quod proprietas idem dicunt ac relationes, vide *ibid.*, q. 40, introd.

Sed altera et altera distinguuntur aut ratione aut realiter.
Si ratione distinguuntur, eadem bis ad se ipsam referuntur ut
sit relatio rationis tantum; et habetur primum. Si realiter
distinguuntur, statim habetur secundum.

sic

terminatur

100.

CAPUT TERTIUM

distincta sunt quorum unum non est aliud.

realiter distincta sunt quorum unum qua reale non est
aliud qua reale.

mutuo opponuntur relationes quarum altera est alterius
terminus; ita pater est terminus ad quem refertur filius, et
vicissim filius est terminus ad quem refertur pater.

Praemittenda:

1. Relatio eiusdem ad idem est ens rationis tantum.

Nam idem realiter ad se ipsum non refertur, nisi bis idem
concipitur; et relationes inter duos conceptus eiusdem rea-
litatis manifeste sunt entia rationis tantum.

2. Aut relationes mutuo oppositae non sunt reales aut rea-
liter inter se distinguuntur.

Mutuo enim opponuntur relationes quarum altera ad al-
teram terminatur. ~~nam vero se~~ ~~altera~~ ~~sunt~~ ~~realiter~~
~~idem, utrumque est relatio eiusdem ad idem et ideo est ens~~
~~rationis tantum. Si altera altera et altera non sunt realiter~~
~~idem, realiter inter se distinguuntur.~~

Unde concludet: relationes reales et mutuo oppositae rea-
liter inter se distinguuntur.

3. Relationes reales multiplicantur per se in quantum mul-
tiplicantur ordinationes reales, et multiplicantur per accidens
in quantum multiplicantur subiecta realia quae realiter ordi-
nantur.

Relatio enim definitur ordo unius ad aliud. Quare cum re-
latio in se spectata sit quidam ordo, per se relationes reales
multiplicantur, quia a parte rei sunt ordinationes reales in-
ter se realiter distinctae. Praeterea, cum subiecta realiter inter
se distineta per unam numero relationem realem realiter re-
ferri non possunt, per accidens multiplicantur relationes rea-
les quia multiplicantur subiecta realia.

4. Per solam terminorum multiplicationem, multiplican-
tur relationes rationis, sed non multiplicantur relationes rea-
les.

Cuius ratio est quod terminus est aliud praeter subiectum
et subiecti relationem, et ipsa relationis terminatio ad aliud
nihil est a parte rei nisi ipsa huius alterius existentia obiec-
tiva.

ternitatem, filiationem, spirationem activam, et spirationem passivam.

Scholion:

Processiones ratione distinguuntur a relationibus et realiter cum relationibus identificantur.

Ratione distinguuntur, nam non est idem concipere originem unius ab alio ac concipere ordinem unius ad aliud; v. g., pater non habet originem a filio sed habet ordine mad filium.

Realiter identificantur, nam ubi processio est sine ullo motu, ipsa processio nihil est in rebus praeter relationem; uti manifestum est etiam in creatione quae sine motu fit; cf. *Sum. theol.*, I, q. 45, a. 2 ad 2m, & a. 3.

Cum tamen ad singulas processiones sequantur binae relationes, ultraeius quaeritur cum quanam relatione realiter identificatur processio. Cui quaestioni per distinctionem respondendum est. Si enim processio concipitur tamquam origo, constat originem, et ideo processionem, realiter esse in eo quod originem habet; et sic processio realiter identificatur cum filiatione et cum spiratione passiva. Si autem processio concipitur tamquam actio, subdividendum est: nam uno modo concipitur actio tamquam in agente vel ab agente, et sic processio realiter identificatur cum relatione reali agentis; sed alio modo concipitur actio tamquam in passo, nem habet secundum filiatione et spiratione passiva.

Cuius quaestio momentum perspicitur cum quaeratur utrum in divinis processio verbi et processio amoris realiter inter se distinguantur. Si enim sumitur processio tamquam origo vel tamquam actio in passo, affirmative respondendum est cum filiatione et spiratio passiva realiter inter se distinguantur. Si autem sumitur processio tamquam actio in agente vel ab agente, negative respondendum est cum paternitas et spiratio activa, uti postea demonstrabitur, non realiter inter se distinguantur. Quibus perspectis, sine distinctione non videtur admittenda sive thesis sive argumentatio quam ponit J. Brinktrine, *Die Lehre von Gott*, II, Von der göttlichen Trinität, Paderborn, 1954, p. 72, nempe, 'Zwischen der innergöttlichen Zeugung und der Hauchung besteht nur ein virtueller, kein realer Unterschied'.

et sic etiam processio realiter identificatur cum eo
quod origi-

relatio: ordo unius ad aliud.

reale: id quod vere est; opponitur enti rationis quod concipitur quidem sed in rebus non est.

paternitas: relatio generantis ad generatum.

filiatio: relatio generati ad generantem.

spiratio: processio amoris ex dicente et verbo.

spiratio activa: relatio spirantis ad spiratum.

spiratio passiva: relatio spirati ad spirantem.

Argumentum:

1. Ex reali processione Verbi sequitur realis relatio verbi ad principium quod verbum dicit; et cum haec processio sit generatio proprie dicta, haec realis relatio verbi ad suum principium est filiatio.

2. Ex reali processione amoris sequitur realis relatio amoris ad principium quod amorem spirat; et cum haec processio non sit generatio proprie dicta, haec realis relatio non est filiatio et convenienter nominari potest spiratio passiva.

3. Processio verbi intellectualiter conscientia est ex perspecta intelligibilitate rei dicendae; praeterea, ex hac intelligibilitate perspecta oritur in intellectu perspiciente necessitas quadam intellectualis ad verbum dicendum; quae necessitas ad verbum dicendum, cum re vera in intellectu existat, est relatio realis ad verbum dicendum et, orto iam verbo, est relatio realis ad verbum dictum; denique tandem cum in divinis verbum dicere sit Filium generare, relatio realis ad verbum aeternaliter dictum, Filium aeternaliter generatum, est relatio realis paternitatis.

4. Processio amoris intellectualiter conscientia est ex perspecta atque affirmata bonitate rei amandae; praeterea, ex hac perspecta atque affirmata bonitate, oritur in perspiciente atque affirmante necessitas quadam intellectualis seu moralis ad amorem spirandum; quae quidem necessitas, cum re vera in perspiciente atque affirmante existat, est relatio realis ad amorem spirandum et, orto iam amore, ad amorem spiratum; denique tandem haec realis relatio spirantis ad spiratum convenienter nominatur spiratio activa.

5. Quibus perspectis, concluditur ex realibus processionibus divinis quattuor esse in Deo relationes reales, nempe, pa-

si nominales quosdam excipias Scotique distinctionem formalem, factae sunt inter omnes theologos sententiae communis: videlicet, quatuor esse in Deo relationes reales et quidem subsistentes; quarum tres realiter inter se distingui; ratione denique sed non realiter inter divinam substantiam divinasque relationes reales distingui.

Notae theologicae.

Quattuor quae sequuntur asserita sunt theologicice certa. Certo enim concluditur esse relationes reales in Deo ex ipsis nominibus, Pater, Filius; certo pariter concluditur *quatuor* esse relationes reales divinas ex duabus processionibus (DB 54, 631); certo pariter concluditur *tres* reales esse relationes divinas realiter inter se distinctas ex trinitate personarum, sive cum Patribus arguis personas consubstantiales non posse realiter inter se distingui nisi per relationes originis (Cf. DB 280), sive brevius ex conc. Florentino axioma adsumis ‘omnia unum esse ubi non obviat relationis oppositio’ (DB 703); certo etiam concluditur relationes reales et divinam substantiam *non realiter* inter se distingui, quia ‘in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas’ (DB 432); quare pariter certum est relationes reales esse *subsistentes* (Cf. DB 391, 389); certo denique concluditur *sedem ratione* distingui inter relationes reales et divinam substantiam, cum haec nec generet nec gignatur nec procedat, et tamen Pater generet, Filius gignatur, Spiritus sanctus procedat (DB 432).

ASSERTUM IV

AD PROCESSIONES DIVINAS SEQUUNTUR RELATIONES REALES QUATTUOR, NEMPE, PATERNITAS, FILIATIO, SPIRATIO ACTIVA, ET SPIRATIO PASSIVA.

Ad terminos:

processio: origo unius ab alio.

sequuntur: scilicet, secundum nostrum modum concipiendi in via synthetica; in via autem analytica ex personis distinctis ad proprietates relativas concluditur, et ex proprietatibus relativis ad processiones; denique, si ipsam realitatem divinam respicias, processiones sunt idem realiter quod relationes.

CAPUT TERTIUM

DE RELATIONIBUS DIVINIS REALIBUS

Postquam duae divinae processiones specificè distinctae sunt conceptae, quaeritur quāmā realitatem iis attribui oportet. Et primo concluditur quattuor esse in Deo relationes reales, quae quidem quoad rem cum processionibus identificantur. Deinde statuitur has relationes esse subsistentes. Tertio probatur tres subsistentes relationes realiter inter se distingui. Et quartο explicatur relationes reales divinas realiter cum divina substantia identificari sed ratione ab eadem substantia distinguiri.

Quinque classice assertis accedunt notae quattuor et quæstiones quinque. Notæ respiciunt tum conciliaria tum explicativa, nempe, in Deo esse Trinitatem non quaternitatem, in Deo omnia esse unum ubi non obviat relationis oppositio, in Deo essentialia et notionalia ratione distingui et realiter identificari, et de Deo illegitimum esse syllogismum, qui per medium essentiale ex notionali ad notionale concludat.

Proinde quaeritur quemadmodum relatio possit identificari cum substantia, quemadmodum salvetur principium identitatis comparatae, quid valeat distinctio inter *esse in* et *esse ad*, utrum maior an minor sit rationis distinctio inter diuinam substantiam divinasque relationes reales, utrum admittenda sit distinctio quae dicitur formalis a parte rei.

Sententiae.

Quam antiqua sit Patrum de relationibus divinis doctrina, dilucide atque breviter exponit R. Arnou [De Deo Trino, Romae 1933, pp. 139-140]. Mediaevales entitatem relationis divinae inquirentes, post damnata tentamina parum feliciter tum Gilberti Porretæ [DB 389-91] tum Abbalis Ioachim de Flora [DB 431 s.], in eas pervenerunt conclusiones quae deinceps,